

Abachuc

Paruuli eius elisi sunt in capite omni-
um viati: et sup indyptos eius miserunt
fortem: et omnes optimates eius confixi
sunt in compedibus. Et tu ergo inebriabe-
ris et eris despecta et queres tu auxiliū ab
inimico. Omnes munitiones tue sicut
ficus cū grossis suis: si cōcussē fuerint ca-
dent in os comedentis. Ecce populus tu-
us mulieres in medio tui. Inimicus tu-
us ad apertionē pandētur porte terre tue
deuorabit ignis veteres tuos. Quā pro-
pter obficionem hauri tibi extruē muni-
tionē tuas. Intra in locū et calca sub-
gens tene laterem. Ibi comedet te ignis
peribis gladio. deuorabit te vt bruchus.
Congregare ergo vt bruchus. multipli-
care vt locusta. Plures fecisti negotiati-
ones tuas: q̄ stelle sint celi. Bruchus ex-
pansus est: et auolauit. Custodes tui q̄
locuste: et paruuli q̄ locuste locustarū. q̄
confidēt in sepibus in die frigoris. Sol
ortus est et auolauerūt: et nō est cognitus
locus earū vbi fuerint. dormitauerūt pa-
stozes tui rex assur. sepelientur principes
tui. Latitauit populus tuus in montibz
et nō est qui congreget. Non est obscura
contritio tua. pessima est plaga tua. Om-
nes qui audierūt audicionē tuam: cō-
presserūt manū super te. Quia sup que
non transiit malicia tua semper:

Explicit Naum p̄pheta. Incipit
prologus in abachuc p̄phetam.

Quattuor p̄phete i duode-
cim p̄phetarū volumine
continentur. e quibz tres
in principio lemna. i. pon-
dus titulū habent. naum
abachuc et malachias. Porro zacharias
in medio et circa finem duos huiuscemo-
di ponit titulos. e quibz vnus est: onus
verbi dñi in terra adrach et damasci re-
quiei eius: alter in fine. s. onus verbi dñi
sup israel. De naum orationibz tuis iā

449
liber vnus editus est. De zacharia et ma-
lachia si vita comes fuerit diseret. Nūc
abachuc habemus in manibz qui vel ex
eo q̄ amabilis deo est. vocatur amplexa-
tio. vel q̄ in certamen et luctam. et vt ita
dicam amplexum cū deo congregit am-
plexantis. i. luctantis fortitus est nomē.
Nullus enim tam audaci voce ausus ē
deum ad disceptationē iusticie. puocare
et dicere ei. Cur in rebus humanis mū-
di istius pompa tanta verū verteret iniqui-
tas. Vociferabor ad te vīm patiens: et
nō saluabis. Quare ostendisti mihi ini-
quitate et laborem videre. Lacerata est
lex: et nō puenit vsqz ad finē iudiciū. qz
impius preualet aduersum iustū. ideo
egreditur iudiciū puersum. Vidēs q̄ te
meritarior sit. et quodammodo blasphemans
creatorē suū ad iudiciū prouo-
care: et vas fragile aduersus figulū. cur
tale vel tale factū sit disputare. Nec non
et hoc animaduertendū q̄ assumptio vel
pondus q̄ grauiā iam esse diximus. pro-
phete visio est et aduersum montani dog-
ma puersum intelligit qd̄ videt. nec vt
amens loquitur. nec more infantium
feminarū dat sine mente sonū. Unde
et apostolus iubet vt si p̄phetantibz alijs
alij fuerit reuelatū. taceant qui prius lo-
quebantur. Et statim nō est inquit dis-
fensionis deus. sed pacis. Ex quo intelli-
gitur cū quis ex voluntate reticet. et alijs
locum dat ad loquendū. possit loqui et
tacere cū velit. Qui iam in extasi. i. inu-
tus loquitur. nec tacere nec loqui in sua
potestate habet. Illud quoqz discē. quia
semel a me violenter exigit vt q̄i quosdā
gradus et scalas altiora intenti. historiaz
nbi interpretet. p̄phetiam esse circa baby-
lonem et nabuchodonosor regem chalde-
orum. vt quomodo prior propheta nauz
quem abachuc sequitur. vaticinium ha-
buit contra ninuē et assyrios qui vassa-
uerunt decem tribus que vocatur israel.
ita abachuc prophetiam habeat aduer-